



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Amplificatio atrocis supplicij per hypotyposin. Capvt XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Egregium
παδθ.*

*Cocitatem
intelligit.*

*Luxu civ-
ca apparatusū
conminiorū.*

*Ventur
καρδ φερτιον
καθ' αρχι.
κα. κου.*

petendum integra habeant. Vocibus priuati sunt, quibus miseriam suam lugeat, manibus, quas supplicandi causa protendant, pedibus, quibus ad diuites accedant, spiritu, quo lugubre carmen contenta voce fundant, atque quod malorum omnium acerbissimum est, lenissimum esse iudicant, oculisque duntaxat gratiam habent, quod ipsorum labem minime videant. Atque hi quidem ad hunc modum, nos autem in altis, pensilibusque lectulis, exiniisque, & quas pene tangere nefas sit, stragulis splendidi, splendide recumbemus, si vel solam petitionum vocem audiamus, stomachantes. Atque etiam illud oportebit, ut pavimentum nostrum floribus, plerumque etiam extra tempus fragret, & mensa suauissimis, ac sumptuosissimis vnguentis perfundatur, quo magis in dies effoeminemur: pueri etiam assent, partim ornate, ac suo quisque ordine, comis soluti, effoeminati, ac caesarie expoliti, magis quam impudicis oculis conducatur, partim extremis digitis pocula teneant, quam fieri potest decentissime, simul ac tutissime, partim follibus ventum semper caput excitantes, atque auris manu conflatas obefas carnes refrigerent, mensa insuper carnis redundet, elementis omnibus nobis prolixè, & copiose subministrantibus, acre, nempe terra, aqua, nosque coquorum, & eorum, qui epulas instrunt, lenocinijs comprimamur, omnesque de eo concertent, cequis audio, & ingrato ventri, quam maxime blandiatur, graui omnino sarcina, & malorum omnium auctori, belluae profus insaturabili, ac perquam infida, quae cum fluxis illis, & caducis, cibis breui interitura est. Et quidem illi praecelare secum agi putabunt, si vel aqua expleantur, nos autem vini pocula usque ad temulentiam hauriemus, immo etiam ultra temulentiam, saltem is, qui maiore laborant intemperantia, atque ex pluribus vinis alia rejiciemus, alia ut suauia, & grata probabimus, de alijs etiam philosophabimur, atque in detrimento ponemus, nisi ad patrium vinum, exoticum etiam quoddam velut tyrannus accedat. Nos quippe lautos, & delicatos, & profusiores, quam usus exigat aut esse, aut haberi oportet, perinde, atque vereamur, ne, non mali existimemur, ac ventris, & eorum, quae sub ventre sunt mancipia.

Amplificatio atrocis supplicij per hypotyposin.

CAPVT XXXVII.

NΑὐτὸς φόρτον ἐχῆσα ἢ πρεσβύτερον, ἕνα, καὶ τέτον οὐδὲ ὑπὲρ κακῆς λυγρῆς, ἀλλ' ὑπὲρ πίστεως κινδυνεύοντα, κατὰ 416.
 πελάγους ἀφίεται, οὐχ ἵνα σώσῃ τὸ βῆπλάτην, ἀλλ' ἵνα ἀπολέσῃ τὸ φόρτον προδομένου, εὐσεβὲς γὰρ, καὶ πῶς τῶν φόρτων σωμαίωσσορον, καὶ ζυφῶν τὸ κερμὸν τῆς κολάσεως ὁ δὲ δικτῆρ, φεῦ τὸ θεάματι, φεῦ τὸ δράματι! ἡ ναὺς πελάγι, τὸ θεῶν ἐπὶ ταῖς ἀκταῖς, τὸ μὲν ἐφρηδομένω, τῶν δὲ ὄδυρομένων, πῶς ἀνὸν δλίγῳ τὸ πολὺ παραστήσομαι: ἀνάπεται τὸ πῶρ, δαπανᾶται ἡ ναὺς, σιωδ απανᾶται ὁ φόρτος, πῦρ ὑδαὶ μίγνεται, καὶ σιωδ χεῖται ἀναπῆ, εἰς εὐσεβὲς κολασιν, καὶ δύο σοχεῖα, ἐν σώμα, μερίζεται, καὶ πυρὸς ὑπὲρ θαλάσσης ἀφεται ζέν. ἢ προσήλθε μὲν τάχα πῆς ὡς ἡμέρῃ καὶ φιλανθρώπων, προσελθὼν δὲ εὐρε θεάμα ἐλεεινὸν τε καὶ αἰσίορον, ἀνευ κυβερνήτη πλοῖον ἀνευ χειρῶν ναυάγιον. καὶ ὁ πρεσβύτερος κόνις, καὶ οὐδὲ κόνις σπαρεῖς, ἐν τοῖς ὑδασι, καὶ οὐδὲ τοσούτον ἡ ἱεροσύνη ὅσον τελευταῖος γένε εὐσχημονετήρας τυχεῖν. εἰ δὲ μὴ τελευταῖος, ἀλλὰ ταφῆς γε πάντως ἢ καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ὀφείλεται.

NAuis presbyterum vnum portans, eumque non sceleris vllius, sed fidei causa periclitantem, in mare demittitur, non ut vectorem seruet, sed vi perdat. Atque is quidem, qui vehabatur vipote vir pietate praestans animo erat prompto & alacri. Comes autem illi ignis adiungitur, ac nouitate poena maiorem in modum latatur persecutor. Proh spectaculum graue! proh acerbam tragœdiam! nauis mari fertur, spectantium multitudo ad littus effunditur, partim lætantium, partim lugentium. Quo nam pacto rem tantam paucis exprimam, atque in aspectu collocabo? Ignis accenditur, nauis vna cum onere suo absumitur, ignis aquae miscetur, resque inter se contrariae, ad pij viri supplicium

*Grani
acuta
amplificatione,
appropositi
amissionis
vibrata.*



ciū concurrunt, duoque elementa corpus vnum partiuntur, & nouo, atque inaudito more fax super mare attollitur: ad quam, vt benignam, & humanam fortasse quispīam accessit, propior autem factus miserandum, atque incredibile spectaculum reperit, nauigationem sine gubernatione, naufragium sine tempestate. Sic presbyter cinis efficitur, immo ne cinis quidem, vti potest in aquis sparsus. Nec verò sacerdotij dignitas tanta fuit, vt honestiorem saltem mortem consequeretur, aut si non mortem, at certe sepulturam, quæ impijs etiam, & facilegis hominibus debetur.

πῶς αἰρε.

Amplificatur Definitio virtutis per inductionem.

CAPVT XXXVIII.

Amplificatio per inductionem. D. I. Chrysostomus in hom. 198. p. 572. oratione, quod nemo laeditur nisi a se ipso. s. Chrysostomus amplificationes plura habent suam verborum, & laxitatis.

Τί ποτ' αἰν' ἔστιν ἰππῶ ἀρετὴ, ἄρα τὸ χρυσὸν ἔχειν χαλινῶν, καὶ τελαμῶνας ταῖσ' ἐτῆς, καὶ τροματῶν δεσμὸν ἐκ σφρι- κῶν νημάτων συγκείμενον, καὶ τάπητας ποικίλους, καὶ χρυσοβάσεις, καὶ φάλαρα λιδοκόλληλα, καὶ πλοκάμους χρυσοῖς σχοινίοις συμπλεγμένους. ἢ τὸ δρομικὸν εἶναι καὶ εὐσκελῆ, καὶ βαρύνειν εὐρύθμη, καὶ ἔπιπλος ἔχειν ἰππῶν πρῆπῶσας γενναῖα καὶ ἀνδρῖαν. κεκτῆσθαι τὰς ἀποδομῆσιν μακροῦς, τὴν δὲ ἐπιπέμοις ἀρμύσσαν, καὶ δύνασθαι, καὶ ἐν παρατάξει μὴ πολλὰ φαίνεσθαι τῶν παρασημάτων, καὶ βροτῆς γενομένης σώζειν τὸν ἀναβάτην, οὐκ εὐθελὸν δεῦτα δα ἰππῶ ἀλλετῆ, οὐκ ἐκείνα, πῆ δὲ ὄνων καὶ ἡμιόνων, ποῖαν φύσιν ἀρετῆν εἶναι, οὐ τὸ δύνασθαι μὴ ἀεὶ ἐκκολίαις ἀβλοφροῦν, καὶ ῥαδίως τὰς ὁδοὺς διάκειν, καὶ πῶδας ἔχειν σερρότητι πῆξας μιμνήμενος; μὴ τὰ ἔλαθεν αὐτῶν περικείμενα σωτελεῖν. τι πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρετὴν αὐτῶν φησὶν; εὐδαμῶς. ἀμπελον ἢ ποῖαν δαυμασόμεθα; τὴν τοῖς φύλλοις κομῶσαν καὶ τοῖς κλήμασιν ἢ τὴν τῶν καρπῶν βριθομένην ποῖαν ἢ ἀρετῆν ἐλάμει εἶναι φαμέν. ὅταν μεγάλας ἔχη τοὺς κλάδους, καὶ πολλὴν τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων κόμην, ἢ ὅταν τῶν οἰκείων καρπῶν ἀφίλη καὶ πανταχῶς

διασαρμένον ἐμφαίη; οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ποιῶμεν. διευκρινήσασθαι τὴν ἀρετὴν τὴν ἀνθρώπων, καὶ βλαβεῖν, εἶναι ἐκεῖνον νομισώμεν μόνον, τὴν αὐτὴν λυμανομένην. τί οὖν ἔστιν ἀρετὴ ἀνθρώπων; οὐ χρήματα ἵνα πέναν δέσῃς, οὐδὲ ὑγίεια σώματος, ἵνα φοβῆς τὸ θῆν. οὐδὲ ἢ τῶν πολλῶν ὑπόληψις ἵνα ὑπιδῆς δόξαν πονηρῶν, οὐδὲ τὸ ζῆν ἀπλῶς, καὶ εἰκῆ, ἵνα φοβερός σιγήνηται ὁ θάνατος. οὐδὲ ἐλευθερία, ἵνα δολοῖαν φύγη ἀλλ' ἢ ἀληθῶς δογματῶν ἀκριβεία, καὶ ἢ κατὰ τῶν βίον δεθό- τῆς.

Quid ergo est virtus equi? nunquid aureum habere fenum, & huiusmodi cingula, stragulorum vincula ex sericis filis contexta, tapetes variatos, auroque intertextos, phaleras gemmis distinctas, comas aureis funiculis complicatas: an verò cursu esse veloce, curibus bene firmis, numerosè necesse, & ungulas habere generoso equo dignas, robore præditum esse, longis itineribus, ac bellis idoneo, posse & in acie magno animo, & in fuga equitem incolumem conferuere: an non perspicuū est, his, non illis equi virtutem contineri? A sinorum verò, & mulorum, quam virtutem esse diceres? an non posse onera commode gestare, itinera facile conficere, habere pedes, qui firmitate saxa imitentur: Num ea, quibus extimsecis circumdati sunt, aliquid ad virtutem ipsorum proprium conferre dicemus: nequaquam. Vineam deinde quam admirabimur? folijs comatam, & palmitibus, an fructu onustam? Quam etiam oliuæ virtutem esse dicimus: cum magnos habet ramos, & multam foliorum comam? an cum suum fructum vberem, & in omnes partes dispersum ostentat? Sic igitur etiam in hominibus faciamus: discernamus virtutem hominis, idque solum damnum existimemus, quod illam violet. Quid igitur est virtus hominis? non pecunia, vt paupertatem metuas: nec sanitas corporis, vt timeas morbum: non multitudinis opinio, vt suspectam habeas existimationem malam, nec vita per se sola sine accessione, certoque proposito fine, vt mors tibi formidabilis existat: nec libertas, vt seruitutem fugias, sed verè doctrinæ diligens studium, & vitæ honestas.

D. Gm. 10 p. 6.

uiti & am- aiis, sicut & huius

